



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. VIII. De Accessorio & principali.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

abuitur potestate. cap. si de terra. 6. ubi Dec. num. 21. de privileg. v. infra. libr. 14. cap. 83. §. 9.

Nec pugnat cum hac regula quod suæ quisque rei moderator sit & arbiter. l. 21. (Mand. imò quod nemo alteri legem dicere possit super rei suæ usu abusive l. 8. Pro Em. ubi Wesf. n. 6. text. eleg. in l. 2. Si quis à parmanum. Id enim tantum pertinet ad privatos, non ad Legem & Magistratus, qui liberam alienandi facultatem ob publicas utilitates (secus si privatim tantum interfit) rectè restringunt. Horum enim est providere, ne quid resp. detrimenti accipiat. Plura exempla videre licet in C. I. A. de contrah. Empt. th. 32. & seq. add. infra 16. 40. u.

III.

In omnibus rebus, non ex earum natura, quibus utimur, sed ex causa utendi & modo seu temperamento, vel probandum vel improbandum quod facimus, August. in cap. quisquis. 1. dist. 41. Wesf. in Parat. de Acquir. rerum domin. num. 7. Peccata enim hominum non debent imputari rebus; inquit idem Augustinus. in can. quoniam. 12. dist. 88.

IV.

Abusus juris saepe delictorum est occasio: Sic ex abusu l. 2. C. ubi in rem agi oport. delicta nata videntur, de quibus sermo est in u. C. de his qui potent. nomine. C. I. A. de procurat. th. 20. & præterea elegans huius rei occurrit exemplum in l. 13. de injur. ubi in fin. leg. hæc notabilia sunt verba: Usurpatum tamen & hoc est tamen nullo jure, ut quis prohiberi possit ante ades meas vel pratorum meum piscari, quare si quis prohibeatur adhuc injuriarum agi potest. v. Novell. 52. & ibi M. Stephan. cap. Et si pignorationes. un. de injur. & damn. dat. in 6.

CAP. VIII.

De Accessorio & principali.

Axioma I.

Multum interest an aliquid veniat per se vel tanquam accessorium. Fundamentum huius rei est. l. 1. C. de don. ante nupt. Multa enim accessorie fieri permittuntur, quæ directo & principaliter fieri prohibentur, l. 24. de contrah. empt. l. 1. in fin. de fund. dot. l. quedam. 62. de acquir. rer. domin. gloss. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 1. gl. 8. num. 18. & seqq. Harpr. ad §. 3. l. locati num. 145. In toto autem jure spectatur id quod principaliter fit, non quod fit per consequentias. Exemplum in jure passim extant leg. 1. de auct. tut. l. venia. 2. & ibi gl. C. de in jus voc. l. 12. §. ult. de inoff. testam. ubi vide C. A. th. 19. Vivianus in rationat. ad c. debitores. 6. extr. de jurejur. adde inf. tit. de causa proxima & remota.

II.

In accessione non debet esse plus quam in principali, arg. §. 1. de fidejuss. vid. de hac reg. latius actum in disp. de Altero tanto, art. 2. th. 14. & p. 2. art. 2. §. 14. veniunt autem nomine accessionum non tantum ea quæ pars rei sunt, sed etiam quæ alias rei necessario coherent. l. 3. §. 1. de rit. vin. gl.

III.

Accessorii quæ post litem contestatam accedunt, si non petantur ante sententiam tacite videtur renunciatum, arg. l. plane. 3. ff. de positi. Zaf. in l. 1. C. de jud. n. 19. vers. ceterum. vid. l. Ediles. 25. ff. de Edil. Ed. Sixtin. in cons. Marpurg. n. 47. vol. 2.

IV.

ACCESSORIUM sequitur naturam sui principalis, l. etiam si 8. Cod. de Jure dotium. c. accessorium 42. de Regulis juris. lib. 6. [l. 26. §. 2. de pact. dot. §. 27. 30. Inst. de Rev. div. Carpz. 2. 46. 32. n. 2.] exornant Socin. reg. 5. Pute. decis. 1. num. 2. libr. 1. in utraque edit. Menoch. cons. 58. num. 13. cum seqq. Surd. de aliment. tit. 9. q. 31. n. 8. cum seqq. & decis. 88. num. 10. Card. Tusch. pract. conclus. tom. 1. lit. A. concl. 76. Joanes Franc. Leo. in Thesauro fori Ecclesiast. p. 2. c. 16. n. 70. Anton. Monach. Bononiens. decis. 27. n. 4. & decis. 28. n. 56. Pichard. ad §. si quis alium. n. 23. Instit. de inutilib. stipulationib. Mari. Antonin. variar. resolut. lib. 1. resolut. 72. n. 6. Mastrill. Sicil. decis. 115. n. 4. Magdalen. de numero testium in testamento requisito, p. 2. c. 7. num. 33. Cassanate cons. 55. 39. Cancer. var. resolut. p. 13. n. 141. & p. 2. c. 5. n. 3. Narbona ad l. 20. gloss. 22. n. 38. tit. 1. lib. 4. novæ Recop. Reinos. observ. 61. n. 6. Stephan. Gratian. discept. forens. c. 282. n. 3. & c. 423. n. 43. & c. 474. n. 33. & c. 498. num. 36. & c. 657. n. 21. & c. 715. n. 17. & c. 839. n. 24. & c. 937. n. 22. & c. 940. n. 28. Castill. controvers. lib. 5. p. 2. c. 168. n. 3.

Hinc primò colligitur, non valere guarentigiam habentem executionem paratam, si non valet principale instrumentum, Socinus in l. 1. n. 79. v. 4. limita. ff. soluto matrim. Roman. cons. 42. Visis. n. 3. v. 2. Alex. cons. 32. in princip. lib. 2. Card. Tusch. de lit. A. conclu. 77. n. 24. & n. 30. ex eo quia sublato contractu principali, cessat pactum accessorium in eodem contractu appositum, Anchar. cons. 394. num. 3. plenius n. 5. Nam quando unum trahit consequentiam ab alio, si non valet primum, neque valet reliquum, Signorol.

gnorol. *conf. 90. num. 16. & 18.* Card. Tusch. *d. concl. 76. n. 2.*

Secundò colligitur, obligationem fidejussoris accessoriam habere eandem naturam: & conditionem, quam habet obligatio principalis, Abb. *conf. 48. Attingam. col. 1. v. nec obstat juramentum, juncta col. 2. in fine. vers. de scendo. lib. 1.* Card. Tusch. *d. conclus. 76. n. 21.* ita ut si principalis obligatio sit nulla, aliter quàm Jure speciali, tunc & fidejussio reddatur nulla, Apostill. ad Alex. *conf. 59. Viso instrumento, n. 11. vers. accessoria. lib. 1.*

Tertiò colligitur, dispositionem concedentem aliquid principale, censeri etiam concedere id, quod accessorie venit ad illud principale, cap. *prudenciam 21. & 2. si vero. de offic. de leg. ubi notant Doctores, quod, delegata causa principali, censentur etiam delegata omnia accessoria ad causam, quem textum ad id notavit. Alberic. in l. cum principalis 178. ff. de Reg. Juris.* Et advertit etiam Everhard. *in loco à concessione antecedentis ad concessionem consequentis, post n. 2.* Aym. Cravett. *de antiquo temp. p. 4. in princ. n. 67* ubi propterea subdit, quod consuetudo, seu prescriptio, etiam quod sit stricti juris, & de sui natura non extendenda, extenditur tamen ad accessoria, & prescribens fundum censetur etiam prescribere servitutem fundo competentem.

Hinc etiam concessa sepultura censetur concessa celebratio pro defunctis, Federic. de Senis *conf. 186. in princ. & delatio mortui processionaliter, Oldrad. conf. 225. n. 14. in fine, v. ultimo videtur.* Card. Tusch. *d. lit. A. concl. 77. n. 9. & 10.* Amp'ia etiam in poenalibus, correctoriis, & exorbitantibus, ut per Aym. *d. p. 4. §. videamus modo. n. 36.* Nicol. Everhard. *in loco à ratione legis largæ, num. 35.* Villagut. *in tract. de extensione legum. rubr. de extensione legis correctoriæ, & poenalis simul. n. 266. & seq.* Limita tamen quando illud, quod dicitur accessorium, est arduum, & non fuit verosimiliter cogitatum à concedente: quia tunc accessoria non censentur concessa, concessio principali. Federic. de Senis *concl. 191. n. 3. v. etsi opponatur, quem refert Card. Tusch. d. l. A. concl. 79. n. 3.*

Quartò colligitur, quòd pendente causa principali, & incidenti acces-

soria, si principalis est finita, dicitur etiam finita accessoria: puta actor negavit petitionem veram, perquam incidit in poenam statuti, si obtinuit in causa principali, quæ est finita per sententiam, non poterit molestari pro poena negata positionis, Anchar. *conf. 145. si dicta positio, quem refert. Card. Tusch. d. concl. 76. n. 22.*

Quintò colligitur, Axioma procedere, etiam si accessorium sit dignius, quàm principale, Roman. *conf. 330. Circa primum. n. 13. in f. ubi Apostill. in verb. dignius.* Card. Tusch. *de concl. 76. n. 26.* D. Barbof. *in l. cum pretor. 12. §. fin. num. 211. ff. de judic. Castill. controverf. d. c. 169. n. 21. cum seqq. & n. 44.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 4. c. 657. n. 19. & seqq.* Et ideo ea, quæ habent diversam naturam, si annectantur accessorie alteri rei diversa, tunc res annexa tanquam accessoria perdit suam naturam, & recipit naturam principalis, cui fit annexio Roman. *d. conf. 330. num. 14.* puta si parochialis Ecclesia uniatur accessorie beneficio simplici, omnimodam naturam, & conditionem beneficii simplicis assumit, Navar. *conf. 10. num. 3. de majorit. & obed. in novis.* Azorius. *Instit. moral. p. 2. lib. 6. c. 28. q. 20. in fin.* Nicol. Garc. *de benefic. p. 11. c. n. 195.*

Sextò colligitur, quòd quando accessorium venit in necessariam consequentiam principalis, concessio principali censetur concessum accessorium, & alia sine quibus stare non potest. (vid. l. 1. §. 5. de pos. & ibid. Fab. in rat. n. 2.) l. 2. ff. de jurisdict. omnium judic. l. 5. §. 1. de officio ejus cui mand. Federic. de Senis *conf. 163. in princ. vers. in contrarium. & conf. 186. in princ.* Aymon. *d. p. 4. in princ. num. 64. cum seqq.* Villagut. *in tract. de extensione legum. rubr. de extens. legis correctoriæ. n. 17. in nona fallent.* Card. Tusch. *d. lit. A. concl. 77. n. 1. & intellige axioma procedere cum accessorium est à suo principali inseparabile, Menoch. remed. 6. recuper. num. 45. & de presumpt. lib. 3. pres. 97. n. 7. & 8.* Steph. Gratian. *discept. forens. tom. 5. c. 839. n. 24. & 25. & cap. 937. num. 23. (C. I. A. de pos. th. 5. & 6.)*

(Septimò colligitur, juramentum sequi naturam ejus actus cui accedit l. ult. C. de non num. pec. Wesf. in paratit. de jurejur. n. 13. l. 36. de jurejur.)

Limiti-

Limita primò Axioma nostrum, ubi militat diversa ratio, & in separatis, (vid. l. 18. de act. empt. vend. l. 15. de. proc.) Alex. consil. 4. Circa primum. n. 5. lib. 1. (Carpzov. 2. Jurisp. for. 2. 9. n. 6.) Thom. de Thomasset. in floribus legum reg. 8. in declarat. Brunon. à Sole in locis communib. verb. accessorium. Card. Tusch. lit. A. concl. 76. n. 36. & concl. 79. n. 4. Franc. Molin. de ritu nupt. libr. 1. comp. 12. n. 22. Mieres de majorat. pag. 7. q. 10. n. 55. Fachina. cons. 13. n. 23. libr. 1. Pacian. de probat. lib. 2. c. 16. num. 69. Ovid. de Amicis de Jure emphiteus. q. 42. n. 11. Castill. var. resolut. p. 1. c. 13. n. 141. Castill. d. c. 168. nu. 26. & 27. (Sichard. ad l. 8. C. de pact. n. 8.) Ut quia in principali tractatur de damno, & in accessorio de lucro, Cravett. in quest. de indemn. mulier. num. 47. Menoch. cons. 58. in fin. vers. ita etiam non refragatur Card. Tusch. d. concl. 76. num. 34. (Mascard. concl. 8. n. 19. Frid. 1. de process. c. 21. n. 25. Gail. 5. de P. P. c. 5. n. 26. Cravett. cons. 506. n. 3. 602. n. 13. 926. num. 1.)

Limita secundò in actibus denotantibus translationem dominii, quando omninò non cohaeret principali, sed ab eo est divisibile, (v. leg. 16. §. 2. de publican.) Oldrad. cons. 221. n. 9. vers. quarto in actibus, ubi ait: in actibus denotantibus translationem juris de uno in alterum accessorium non omninò principali cohaerere; sed ab eo divisibile, translatio licet principali, in translationem tamen non venire. l. quoties 29. de contrah. emt. l. antep. de pecul. l. 2. §. 1. de instr. vel. instr. leg. Card. Tusch. d. lit. A. conclus. 79. n. 2. ubi n. 3. subdit, idem esse in adjacentis ad ipsum principale, quia non censentur translata, nisi de illis sit dictum, & citat. l. si quoniam 2. C. de bonis vacant. Oldrad. cons. 121. n. 11. vers. sexto videtur expressum. (Denique limita in materia exorbitante, & minus favorabili ubi non fit extensio à principali ad accessorium. Everh. in Top. l. 79. Bart. in l. si ff. de cond. indeb. Cravett. cons. 345. n. 4.)

V.

ACCESSORIUM corrumpit sublato principali (textus expressus in l. 2. ff. de pec. leg. l. 26. C. de usur.) l. qui liberis 8. ff. de vulg. & pupil. substat. l. cum principalis 178. ubi Dec. ff. de regulis juris. §. fideiussores. Instit. de fideiuss. §. si quis ancillas. 17. Instit. de legat. l. 129. §. 1. de R. I. Anchar. cons. 394. Dubium est, n.

3. Card. Tusch. d. lit. A. concl. 77. num. 16. Surd. cons. 318. num. 5. Menoch. cons. 8. num. 135. & consil. 58. num. 11. & de praesumpt. lib. 5. praes. 21. num. 26. Castill. controvers. lib. 5. p. 2. c. 168. num. 12. cum seqq. Thom. de Thomasset. in floribus legum, reg. 92. ubi declarat procedere in conjunctis, & ubi militat eadem ratio, additque propterea, Jasin. ad ait. ad Port. in d. §. si quis ancillas, dicere, quod si lego vaccam cum vitulo, si non valet legatum vacca, utputa si vacca sit mortua (& sic principali sublato, & destructo) non valet nec legatum vituli, id est, vitulus non debetur, cum accessorie veniat vitulus ad vaccam: nam dictio cum, accessorie conjungit: sed si lego vaccam, & vitulum, cum duo sint separata legata, quia dictio & principaliter conjungit, si non valet legatum vacca, vitulus tamen debetur, cum tali casu vitulus ad vaccam accessorie non veniat.

(In contrarium tamen reg. non procedit, quod sublato accessorio tollatur principale, sic v. c. redditu chirographo pignoris tacite remissa videtur pignoris obligatio. l. 7. C. de remiss. pign. c. 4. ut lit. pend. non etiam principalis, si fors soluta non sit l. 1. in fin. de lib. leg.)

E diverso tamen reddita cautione principali, etiam pignus remissum videtur, nimirum quia accessio est principalis obligationis. l. 5. §. 1. Quib. mod. pign. Cujac. in lib. 3. Paul. ad Ed. l. 2. 4. & 6. de pact. ratio differentiae quod principale stare potest sine accessorio, accessorium sine principali esse non potest. vid. Cujac. in paratit. de pec. leg. hinc sequitur quod haec reg. de accessionibus valeat quidem in extinguendo non etiam in constituendo legato. l. 1. 2. ff. d. t. ubi Wesent. in paratit.)

Unde contractu principali annullato, juramentum, guarentigia hypotheca, & omnia alia accessoria redduntur nulla. Gozadin. consil. 28. n. 27. & seq. Rom. cons. 42. Visis quae egregie n. 3. vers. secundo. Cardin. Tusch. de concl. 87. n. 24.

Limita quando principale aliquo speciali jure tollitur; tunc enim principali sublato non tollitur accessorium. l. fin. §. Titius. ff. de condit. & demonstrat. Pyrrh. Maurus de fideiuss. p. 2. sect. 10. §. 30. n. 4.

B

Li-

(Limitatur porro hæc regula (1) ut accessorium in quo est provisio specialis non corruat destructo licet principali: *Dyn. in c. accessorium. n. 2. & ibid. Phil. Franc. n. 3. P. Peckius n. 7. extra d. R. l. in 6. vid. Coth. Resp. Aca- dem. 15. n. 47.* cum qua limitatione We- senbecii illa in tit. de leg. præst. convenire videtur: ut scilicet regula procedat ex natura rei intrinseca & per se spectata: nisi à causa externa fortiore sustineatur. Sic etiam si pactum, cui accessit iuramentum invalidum, sit iuramentum, tamen ipsum desuper datum subsistit *cap. 2. de pact. in 6. Wesenbec. de iurejur. n. ult. Myns. 3. olf. 2.* ubi hanc regulam latius declarat: & licet principalis actio sit annalis, si tamen iuramentum actio sit perpetua. *l. 9. §. 3. de iurejur. and aliud exemplum est in l. 9. C. de præd. min.*

2. Limitatur hæc reg. ex §. 17. *I. de leg.* ut valeat in his accessoriis, quæ veniunt in necessariam consequentiam principalis & per se subsistere non possunt, veluti peculium sine servo non consistit. Secus autem sit in accessoriis per relationem simplicem, quæ tamen proprium esse habent, ut partus ancilla, vicarius servus. adde *l. 4. de pen. leg. Benev. q. 20. v. supr. axiom. 4. in fin. limit. 2.*

3. Limitatur etiam regula quando non est eadem ratio in accessorio quæ in principali. *l. 3. C. de rer. permut. Gail. lib. 1. de P. P. c. 5. nu. 24. Sixtin. 2. Conf. Marp. 19. num. 59* ubi exemplificat in clausula codicillari: quia ea longe alia intentione adjicitur testamento, quam ipsum testamentum conficitur.

6. Distinguunt inter accessorium quod venit officio Judicis, & quod venit jure actionis. Hoc enim habet naturam principalis, ut apparet in usuris ex stipulatu debitis, *Bach. 1. D. 23. th. 6. lit. B.*

Denique limita in accessoriis, quæ talia sunt non sua natura, sed ex dispositione legis, hæc vi alicujus specialis constitutionis possunt stare sine principali. Sic v. c. miles potest pupillo substituere sine testamento proprio. *leg. 41. §. ult. de mil. testam. quanti- vis illud hujus sit sequela. §. 6. Inst. de pub. substn.)*

Hoc Axioma olim sic exposuimus, in disput. de Brocard.

Accessorium sequitur naturam sui principalis.

EXEGESIS.

Fundamentum.

1. Est hæc regula *42. d. R. l. in 6.* cui non ab similis est altera, quæ dicitur accessionem cedere principali. *l. 19. §. 13. de aur. & argent. legat. & adjunctum subiecto l. in rem. 23. §. 3. de R. V. Bachov. ad §. 34. & 35. n. 1. Instit. de R. D.* itemque Accessorii & principalis idem esse judicium. *Hieron. de monte in tr. de fin. reg. c. 5. n. 13.*

Declaratio.

2. Dicitur autem principale id cuius species major est *l. 19. §. 13. de aur. & arg. leg. & potentior. l. 32. §. 1. eod. & cuius rei ornanda (seu ut veteres legunt ordinanda) causa, res altera adhibetur. d. l. 19. §. 13. & ult. C. l. A. de acquir. rer. dom. th. 31. n. 2.* Accessionum verò vocabulum ambiguum est, & generaliter denotat ea omnia, quæ tam ex re, de qua agitur, orta sunt; veluti fructus, partus, usura, *leg. 12. C. de usur.* quàm extrinsecus ei accesserunt; veluti id quod per alluvionem accrevit. *l. 1. de usur. & fruct. & causâ, & omnibus accessionibus.* Propriè autem accessionum nomine tantum ea veniunt, quæ extrinsecus accedunt. *Hottom. in Lexico.* Accessorium verò idem est, quod accessio, *Schardus in Lexico,* & denotat id, quod principali accedit seu adjungitur, teste *Spiegel, in Lexico.*

Ampliationes.

3. Per ampliationem intelligunt Dd. regulam, tam quoad vigorem & conservationem rei, quam quoad destructionem & interitum, hæc. ut datò, concessò & stante principali, datum etiam censeatur accessorium. *§. si beris. 6. Inst. de pupil. substn. prudent. a. 21. §. si verò de offic. delegati.* Sic concessa tabularum inspectione, censetur etiam concessa earum lectio. *l. 2. §. 5. testam. quemad. aperiuntur.* Sic additamentum dotis eadem actione petitur, quæ dos ipsa. *leg. etiam si. 8. C. de jur. dot. vid. tamen Petr. Greg. syntagm. l. 9. c. 24. n. 9.* Hinc dicimus eadem in accessoriis præstanda esse, quæ in principali.

l. 30.

l. 32. ubi Gothofr. & l. 33. de adilit. edict. ubi exemplum. & cap. 5. de offic. & potest. Judicis delegati. ubi aliud exemplum.

4. Iterum, negatō seu remotō aut non consistente principali, ne ea quidem quae sequuntur locum habent, *l. nihil dolo. 129. §. 1. de R. I.* Sic fidejussor amplius non tenetur, cum debitor principalis liberatus est. *l. si quis 37. de fidejuss.* Hinc etiam inferunt: clausulas accessorias sumere interpretationem ab eo, quod principaliter gestum est: nec accessorias illas clausulas dispositionem ampliari. *l. ult. §. ult. de condit. indeb. Berlich. decis. 15. n. 3.*

Limitationes.

5. Apparet autem regulam loqui de accessorio considerato ex sua natura, per se & simpliciter; unde secus fuerit, si ejus natura alteretur vel impediatur factō hominis aut legis, ut principale suum sequi non possit: tū enim provisio specialis, sive legis, sive hominis, tollit istam generalem. Sic rescissō per querelam inofficiosi testamentō & haredis institutione annihilatā, legata quoque & libertates inscriptae regulariter pereunt, *l. 8. §. penult. l. 13. l. 28. de offic. testam.* nisi aliud novus legislator constituerit, & cadentia per se legata sustinuerit. *Nov. 115. c. 3. fin. & c. 4. §. 9. Wesenb. in Paratit. de inoffic. testam. n. 11.* Quod an etiam in causā prateritionis fiat quæstionis est? negant. Hillig. *l. 6. Donell. E. nucl. 13. lit. F. Franzkius Exerc. 6. q. 3. cū allegatis: quibus & nos ad stipulamur.*

6. Deinde cum accessorium tripliciter vulgō dicatur; aliud nimirum per modum necessitatis; aliud per modum æquitatis; aliud denique per modum inhærentiæ. Card. Tusch. *lit. A. conclus. 65.* intelligendum est, hanc regulam potissimum de illis accessionibus obtinere, quæ veniunt in necessariam consequentiam ipsius principalis. *argum. l. 2. de juris d. Tuschus conclus. 77. n. 1.* Secus atque si in accessorio sit diversa separataque ratio, *idem conclus. 76. n. 36. & conclus. 79. n. 4.* Barbosa *in pr. ed. nullum allegat textum hic. n. 10.* Döring. *allegat. n. 19. l. 49. §. quæstionis, de fidejussor. §. 1. 31. de contr. ab. empt. Gail. de pac. publ. c. 5. n. 26.* *allegat. l. ex placito. 3. C. de rerum permut. & l. 9. C. de pr. edis & aliis rebus minorum, ubi Gothofred. leg. 39. §. 17. de V. O. ubi ha-*

bentur exempla. adde leg. quid tamen 10. pr. quitus mod. usufr. amitt. Donell. 8. Comment. 17.

CAP. IX.

De Accessu, aditu.

Axioma I.

Inferior accedere debet superiorem, non viceversa, *text. eleg. in l. 2. §. 3. ubi: nec enim expectare debemus, ut Praeses Provincia veniat ad eum qui bon. poss. petiturus est. Quis ord. in poss. serv.*

CAP. X.

De Accidente.

Axioma I.

In omni disciplina considerandum est non quod per accidens (sic enim ipsa virtus & quicquid etiam boni occurrit præter Deum in vitium rapi & damnari posset) sed quod per se ex causis suis sequitur. *v. Carpz. part. 1. 99. crimin. 1. n. 64.*

II.

Accidentia non veniunt in generali dispositione, ut sunt omnes casus fortuiti *gloss. 1. in c. ad aures 7. de et. & qual. c. un. Comm. c. fin. de homicid. l. 18. commod. ratio est quia praveri non possunt. Bart. in leg. Cesar. 15. num. 4. de publ. & vell. Dec. conf. 473. Dec. & Cagn. in l. 23. de R. I. Cephal. conf. 20. 12. Dec. conf. 523. n. 3. Alex. 1. sed si §. quæsitum num. 19. si quis caut. & in l. Titius. n. 4. de lib. & post. Jaf. in l. A. divo. §. si post. n. 4. de re jud.*

III.

ACCIDENS non potest esse sine subjecto, & substantia, *l. 1. in fin. ff. de actionib. empt. tradunt Curs. Conimbricens. in c. 2. de complexis, in præambul. prædicamentorum, Bald. in c. significante 69. vers. nam. accidentia, de appellat. Apostill. ad conf. Romani 91. Vis ac percunctat. n. 8. in vers. qualitas. Mascard. de probationib. conclus. 21. & concl. 1248. n. 4. Mandos. de privil. ad instar. gloss. 11. n. 20. Surd. de aliment. tit. 2. in præamb. n. 2. & tit. 9. q. 29. n. 23. & decis. 70. n. 6. & conf. 234. nu. 23. & conf. 335. n. 13. Card. Tusch. pract. conclus. lit. A. concl. 82. n. 13. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. §. 7. n. 70. & gloss. 57. n. 72. Anton. Monach. Florent. decis. 56. n. 5. ubi quod supponit substantiam, naturam verò sui subjecti regulariter sequitur, ex l. ejus. 16. ff. de operis libert.*